

C. 15, v. 4, cum sæpè ac diù à Syris attritus esset Israël, neque ulla sese ostenderet spes salutis ab humanâ manu, misit Deus salvatorem, qui sic affectis Syros durè, resque turbatas et afflictas Israël ita constituit, ut sicut antea quilibet in tabernaculis suis, et sub vite et ficu sine ullo metu, aut sollicitudine viveret. Illum salvatorem esse dicebamus ipsum Joachaz, qui spiritus Syrorum insolentes repressit, aut hunc Jeroboamum ipsius nepotem, qui non minus quàm avus collapsam excitavit republicam, et ad priorem aut etiam meliorem statum adduxit; quando non solum Israël regnum, sed etiam Juda, à quo pater ipsius

comme elle le dit, et qu'il ne se retire point de tous les péchés de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël. C'est donc comme si le texte sacré ajoutait que ce ne fut pas à cause de lui, mais à cause de la grande affliction d'Israël, qui était venue à son comble, que le Seigneur mit sa puissance entre les mains de ce prince, afin d'abattre l'orgueil des ennemis de son peuple, et les empêcher de se glorifier insolamment de leurs victoires, qu'ils auraient dû rapporter à Dieu, selon que Dieu même le déclare ailleurs: Ne forte superbirent hostes eorum, et dicerent: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia. Cependant il vient dans l'esprit une autre difficulté touchant cette extrême affliction des Israélites, qui était alors, selon l'Écriture, à son comble. Car puisque Joas, père de Jéroboam, avait, comme on l'a marqué auparavant, battu par trois fois le roi de Syrie, et rendu à Israël les villes qui lui avaient été prises, comment sous son fils Jéroboam les mêmes Syriens avaient-ils réduit Israël dans la dernière extrémité? On peut dire sur cela que c'était des suites de l'impiété du peuple de Dieu, marquées prophétiquement et obscurément par cette colère mystérieuse d'Élisée, dont on a parlé auparavant, lorsque Joas, se lassant de frapper la terre avec des fêches, mérita que ce saint prophète lui prît qu'il ne serait pas entièrement victorieux du roi de Syrie. Ainsi les Syriens ayant été battus en trois rencontres par le roi Joas, et ayant perdu les villes qu'ils avaient conquises sur Israël, attaquèrent de nouveau sans doute les Israélites, et les réduisirent à cette effroyable extrémité où ils étaient, lorsqu'il plut à Dieu de les secourir, ne voulant pas, comme dit l'Écriture, effacer le nom d'Israël de dessous le ciel. Ce qu'elle dit non sans un très-grand mystère; car comment Dieu en effet aurait-il voulu effacer entièrement et exterminer un peuple au milieu duquel devait naître son propre Fils, comme le véritable Sauveur, non pas tel que celui dont il est parlé dans le chapitre précédent, qui devait vaincre trois fois seulement les ennemis de son peuple, mais tel que tous les prophètes l'ont représenté, comme devant s'assujettir tous les peuples de la terre, et s'en faire un peuple unique, qui est le vrai Israël de Dieu, comme l'appelle saint Paul, c'est-à-dire celui dont l'ancien n'a été que la figure? (Sacy.)

hostiliter ante discederat, novis amplificavit incrementis, de quo mox. Ubi Vulgatus, *clausos carcere et extremos*, Hebr. est: *אשר עולו, אשר אנש*, quæ aliis locis non semel inveniantur conjuncta, quæ Vulgatus reddidit *clausum et novissimum*, de quo dicendi genere, ut reor, proverbiali, diximus satis lib. 5, c. 14, v. 10, ad illud: *Percutiam de Jeroboam mingham ad parietem, et clausum et novissimum*, ubi diximus à gregibus ductam esse metaphoram, in quibus qui clausi sunt et novissimi, maxime videntur esse tuti; aut his verbis omnia significari, quæ homines in bonis numerant, quorum quædam sunt extra domum, ut agri et vineæ, quæ quia homines neque domi servant, neque claustris muniunt, derelicta existimari solent. Alia secum habent, quæ seris claudunt, illis, que aut indormiunt, aut invigilant, ne fures rapiant, qualia sunt aurea vasa, pretiosa suppellex, pecunia, et si quid aliud est quod capiat oculos, et manus furaces et adunas inventent, quæ bona vocari clausa possunt, quia aut in arculis, aut certè intra parietes accuratè servantur. Sic sanè habet antiquissima Hispanorum translatio: *Facta no quedar cosa tesaurisada, hasta no quedar cosa dezada en el campo*. Vulgatus addidit, *carcere*, quod in Hebraico textu non habemus, quod explicacionis gratiã adhibuit, quod sæpè facit. Quæ vox videtur priorem explicacionem approbare, quæ dicebat hunc dicendi modum à re pecuniã fuisse translatum; nam agni, aut oves, quæ intra septa continentur, aut domi, dici optimè possunt carcere conclusæ, qui liberos gressus et vagos impediunt. Certè fures, qui equos in circo continent, ne ante suum tempus erumpant in cursum, carceres dicuntur, quibus non valdè dissimilia sunt septa, quæ ad continentas pecudes ex sparto et cannabe opere reticulato texuntur.

Vers. 28. — QUOMODÒ RESTITUIT DAMASCUM ET EMATH JUDÆ IN ISRAEL. Duæ istæ civitates extremæ sunt terræ promissionis, ad eam multi non immeritò dubitarent ad Syriamne pertineant, vel ad terminos Israël à Domino concessos. Ego ad Israel em pertinere puto saltem Emath, quæ est Antiochia, ad quam dum extendi dicitur terra promissionis, ut Numer. 34, inclusivè ibi ponitur Emath, quasi pars illius. De Damasco res est magis dubia. Sed nobis, utcumques, satis est Damascum et Emath Israël imperio aliquando paruisse, et regum Syriæ armis, sicut alias plures civitates esse subactas. Sanè lib. 4. Par. c. 18,

v. 6, cepisse dicitur David Damascum, et ibi constituisse militare presidium, et v. 3, percussisse Adazerem regem Saba regionis Emath, quas nunc Jeroboam ad imperium Israëliticum rursum adduxit.

Sed quaerit hic aliquis quomodo cum Jeroboam rex esset non Juda, sed Israel, civitates tamen illas Judæ addiderit, alieno, non proprio Israël imperio, maxime cum civitates illæ decem distent ab eo funiculo quem inter duodecim fratres Judas obtinuit. Multa hic Abul. q. 26, et alii, quæ nunc omitto. Tantum dicam, quod mihi magis videtur expeditum et promptum. Est quidem verum ad alias tribus potius pertinere potuisse utramque civitatem, quàm ad Judam, quia propius distant ab aliis; nihilò tamen minus pertinuisse puto ad tribum Juda, quia David, qui ex illa natus est tribu, ut illas subjugavit primus, sic etiam succeperat quàm aliis tribubus adscribere. Quemadmodum lib. 1. Reg. c. 27, v. 6, licet Siceleg magis ad tribum Simeonis pertinere, quia illa data fuit Davidi: *Facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc*. Dicitur porò restituta non regibus Juda, sed *Judæ in Israel*, quia extra sortem Judæ inter alias decem, aliquot erant civitates quæ à Davide in suam tribum fuerant contributæ, quæ parebant regi Israel, sicut etiam, ut opinor, parebat Siceleg, cum tamen ad Judam pertinere, ut diximus. Et hoc omninò sibi vult illud: *Restituit Damascum et Emath Judæ in Israel*, id est, fecit ut duæ illæ

CAPUT XV.

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Azarias, filius Amasia regis Juda.

2. Sexdecim annorum erat cum regnare cepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jechelia, de Jerusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecit Amasia pater ejus;

4. Verumtamen excelsa non est demolitus, adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis suæ, et habitabat in domo liberâ seorsum: Joathan verò, filius regis, gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariae, et

civitates adjungerentur aliis civitatibus Judæ, quas habuit sibi subditas in Israel, id est, in suâ ditione, quæ tamen nomen retinuerunt antiquum, et sicut antea solitæ civitates dicebantur Judæ.

Vers. 29. — DORMITIVITTE JEROBOAM CUM PATRIBUS SUIS. Quærit hic Abul. q. 27, an ferre Jeroboam, vel naturali morte perierit. Nullam illi vim allatam extrinsecus probat, quòd dormisse dicitur cum patribus suis, qui dicendi modus naturale indicat, non violentum moriendi genus; quòd verò vis intercesserit, et ferrum, non probat illud Amos c. 7, v. 11: *In gladio morietur Jeroboam, et Israel captivus migrabit de terrâ suâ*. Neque enim dixit eripendam esse regem vitam gladio, sed, *consurgam super Jeroboam in gladio*: quæ verba tantum indicant conflandum esse bellum contra domum Jeroboam, quod paulò post accidit post illius mortem. Illa porò verba retulit sacerdos selestus Amasia regi, ut odiosum redderet prophetam, et regis manu illum de medio tolleret, aut exturbaret procul à regno, quem suis commodis atque consiliis parùm videbat opportunum: non itaque minaces illi sermones fuerunt Amos, sed Amasia sacerdotis, quos falsò confinxit, neque novum est in Scripturâ ut quædam narentur, quæ mentis sunt alii quorum verba referunt, non probat: vide plura lib. 1, c. 4, ubi diximus multa ab externis falsò dici, quæ Scriptura narrat, quibus tamen ideò nulla debetur fides.

CHAPITRE XV.

1. La vingt-septième année du règne de Jéroboam, roi d'Israël, Azarias, fils d'Amasia, roi de Juda, commença de régner.

2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença, et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jéchélia.

3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout ce qui regardait le culte de Dieu comme Amasia, son père;

4. Il ne démolit pas néanmoins les hauts lieux consacrés au Seigneur, car le peuple y sacrificait encens, et y brûlait de l'encens.

5. Mais, le Seigneur frappa ce roi, et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort; il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joathan, fils du roi, était grand-maître du palais, et jugeait le peuple.

6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce

universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

7. Et dormivit Azarias cum patribus suis : sepelieruntque eum cum majoribus suis in Civitate David, et regnavit Joathan filius ejus pro eo.

8. Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samariâ, sex mensibus.

9. Et fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres ejus; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

10. Conjuravit autem contra eum Sellum filius Jabes, percussitque eum palam et interfecit, regnavitque pro eo.

11. Reliqua autem verborum Zachariæ nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

12. Iste est sermo Domini quem locutus est ad Jehu, dicens : Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita.

13. Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono anno Azariæ, regis Juda, regnavit autem uno mense, in Samariâ.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersâ, venitque in Samariam, et percussit Sellum filium Jabes in Samariâ, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, et conjuratio ejus per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam et omnes qui erant in eâ, et terminos ejus de Thersâ, noluerant enim aperire ei; et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, regnavit Manahem filius Gadi super Israel, decem annis, in Samariâ.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, et dabat Manahem Phul mille

talenta argenti, ut esset ei in auxilium et firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus et divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinqueaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terra.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis; regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo Azariæ, regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israel, in Samariâ, biennio.

24. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit autem adversus eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus; et percussit eum in Samariâ in turri domus regni, juxta Argob et juxta Arie, et cum eo quinqueaginta viros de filiis Galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ, regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samariâ, viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-Phalasar rex Assur, et cepit Aion, et Abel Domum-Maacha, et Janoe, et Cedes, et Asor, et Galaad, et Galilaeam, et universam terram Nephthali; et transiit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ; et percussit eum et interfecit, regnavitque pro eo, vigesimo anno Joatham filii Ozias.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, et Phul, roi des Assyriens, vint dans la

terre d'Israël, et Manahem lui donna mille talents d'argent, afin qu'il le secourût et qu'il affermit son règne.

20. Manahem leva cet argent dans Israël sur toutes les personnes puissantes et riches, pour le donner au roi des Assyriens; et il les taxa à cinquante siclos d'argent par tête: le roi d'Assyrie s'en retourna aussitôt, et ne demeura point dans le pays.

21. Le reste des actions de Manahem, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

22. Manahem s'endormit avec ses pères; et Phaceia, son fils, régna en sa place.

23. La cinquantième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phaceia, fils de Manahem, commença de régner sur Israël à Samarie, et y régna deux ans.

24. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Phacee, fils de Romélie, général de ses troupes, fit une conspiration contre lui; il l'attaqua à Samarie, dans la tour de la maison royale, près d'Argob et d'Arie, et cinquante hommes des Galaadites qui étaient avec lui; et il le tua, et régna en sa place.

26. Le reste des actions de Phaceia, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

27. La cinquante-deuxième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phacee, fils de Romélie, régna dans Israël à Samarie, pendant vingt ans.

28. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

29. Dans les jours de Phacee, roi d'Israël, Theglath-Phalasar, roi des Assyriens, vint en Israël, et prit Aion et Abel-Maison-de-Maacha, et Janoe, Cedes, Asor, Galaad, la Galilée et tout le pays de Nephthali, et en transporta tous les habitants en Assyrie.

30. Mais Osée, fils d'Ela, conspira contre Phacee, fils de Romélie pour le surprendre; il l'attaqua, le tua, et régna en sa place, la vingtième année du règne de Joatham, fils d'Ozias.

31. Le reste des actions de Phacee, et

talenta argenti, ut esset ei in auxilium et firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus et divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinqueaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terra.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis; regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo Azariæ, regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israel, in Samariâ, biennio.

24. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit autem adversus eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus; et percussit eum in Samariâ in turri domus regni, juxta Argob et juxta Arie, et cum eo quinqueaginta viros de filiis Galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ, regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samariâ, viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-Phalasar rex Assur, et cepit Aion, et Abel Domum-Maacha, et Janoe, et Cedes, et Asor, et Galaad, et Galilaeam, et universam terram Nephthali; et transiit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ; et percussit eum et interfecit, regnavitque pro eo, vigesimo anno Joatham filii Ozias.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, et

terre d'Israël, et Manahem lui donna mille talents d'argent, afin qu'il le secourût et qu'il affermit son règne.

20. Manahem leva cet argent dans Israël sur toutes les personnes puissantes et riches, pour le donner au roi des Assyriens; et il les taxa à cinquante siclos d'argent par tête: le roi d'Assyrie s'en retourna aussitôt, et ne demeura point dans le pays.

21. Le reste des actions de Manahem, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

22. Manahem s'endormit avec ses pères; et Phaceia, son fils, régna en sa place.

23. La cinquantième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phaceia, fils de Manahem, commença de régner sur Israël à Samarie, et y régna deux ans.

24. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Phacee, fils de Romélie, général de ses troupes, fit une conspiration contre lui; il l'attaqua à Samarie, dans la tour de la maison royale, près d'Argob et d'Arie, et cinquante hommes des Galaadites qui étaient avec lui; et il le tua, et régna en sa place.

26. Le reste des actions de Phaceia, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

27. La cinquante-deuxième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phacee, fils de Romélie, régna dans Israël à Samarie, pendant vingt ans.

28. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

29. Dans les jours de Phacee, roi d'Israël, Theglath-Phalasar, roi des Assyriens, vint en Israël, et prit Aion et Abel-Maison-de-Maacha, et Janoe, Cedes, Asor, Galaad, la Galilée et tout le pays de Nephthali, et en transporta tous les habitants en Assyrie.

30. Mais Osée, fils d'Ela, conspira contre Phacee, fils de Romélie pour le surprendre; il l'attaqua, le tua, et régna en sa place, la vingtième année du règne de Joatham, fils d'Ozias.

31. Le reste des actions de Phacee, et tout

universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

32. Anno secundo Phacee filii Romelae, regis Israel, regnavit Joathan, filius Oziae, regis Juda.

33. Viginti quinque annorum erat cura regnare coepisset, et sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jerusa filia Sadoec.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino; juxta omnia quae fecerat Ozias pater suus operatus est.

35. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc populus immolabat et adolebat in aensum in excelsis. Ipse edificavit portam domus Domini sublimissimam.

36. Reliqua autem sermonum Joatham, et universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis coepit Dominus mittere in Judam Rasin, regem Syriae, et Phacee filium Romelae.

38. Et dormivit Joatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David patris sui. Et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—ANNO VIGINTI QUINTO REGNO DOMINI, REGIS ISRAEL, REGNAVIT AZARIAS. Supra diximus hunc Azariam vocari etiam Oziam, idque in Scriptura sacra frequentius, qui fecit quod rectum erat coram Domino, quia videlicet idola non coluit; sicut etiam fecerat pater Amazias, cum primum regnum inivit, nam postea, ut vidimus, ad idola deflexit; in eo tamen parum constans et religiosus fuit, quod impura sacrificia non evertit, ubi delusus populus, et impius immolabat victimas, et idolis nefario cultu supplicabat. (1)

(1) VERS. 3.—FECIT QUOD ERAT PLACITUM CORAM DOMINO. Principis hujus laudabilia gesta plura accurate narrantur in Paralipomenis, quae in unum hic colligere, ad justum principis hujus elogium, operae pretium arbitratur. Porro illi accidit percommodum, ut in Zacharia propheta consultorem haberet exitium, cujus monita quamdiu auscultavit, republicam sapientissime administravit, eaque tantum praestitit quae utilissima regno essent et gloriosissima. Bellis secundis pugnavit cum Philisthaeis, Ammonitis et Arabibus. Restituit auxiliumque munimenta Hierosolymae,

ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. La seconde année du règne de Phacée fils de Romélie, roi d'Israël, Joatham, fils d'Ozias, roi de Juda, commença de régner.

33. Il avait vingt-cinq ans lorsque son règne commença, et il régna dans Jérusalem pendant seize ans. Sa mère s'appela Jérusa, et était fille de Sadoec.

34. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père;

35. Il ne détruisit pas cependant les hauts lieux, car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens. Ce fut lui qui bâtit la plus haute porte de la maison du Seigneur.

36. Le reste des actions de Joatham, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

37. En ce même temps, le Seigneur commença d'envoyer en Juda Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie.

38. Joatham s'endormit avec ses pères, il fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Achaz, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

VERS. 3.—PERCUSSIT AUTEM DOMINUS REGEM, ET FUIT LEPROSUS USQUE IN DIEM MORTIS SUE. Brevi hic Ozia totius vitae cursus absolvit, cum tamen plurima egerit regio animo atque spiritu digna; qualia ex regibus Israel et Juda

turres excitavit, cisternas fodit in agro, in commodum et securitatem pastorum. Oeconomia et agriculturae studuit. Exercitum habuit è trecentis septem millibus et quingentis; armentaria collegit, armis relictissima; nec destitit de munitionibus et machinis tum in propugnandi, tum in agrediendi usum paratis. Sed mentis fastus ille, quem virtus interdum fovet et excolit, quique magnos animos corrumpit, Azariam denique subegit, effectique ut neglecto Domino in tantam deveniret audeciam, ut vel ad munia sacerdotalia profanas manus porrigeret. Quà de causâ factum est, ut à Deo puniretur eo lepra morbo, de quo statim. (Calmet.)

VERS. 4.—VERUMTAMEN EXCELSA NON EST DEMOLITAS. Hoc utique non animadvertitur eo consilio, quasi filius eâ in re distingueretur à patre: pater enim, perinde ac filius, edita illa loca Domino sacra permiserat: nimiam verò credibile est tolerasse illum loca simulacrorum superstitione profana. (Calmet.)

admodum pauci. Post res autem plurimas, atque praeclare gestas, lepra percussus est, quae quia toto vitae tempore duravit, ad ultimum usque vitae diem separatus vixit ab hominum congressu: quemadmodum Levit. c. 5, v. 44, cautum est lege. Quicumque, inquit, maculatus est lepra, et separatus est ad arbitrium sacerdotis, etc., omni tempore quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra. Quod ita severè sacerdotes curarunt, ut neque leprosum regem, tamque praeclare de regno meritum eximendum putaverint à communi lege. Haec porrò separata domus libera vocatur, quia in eâ rex liberam agebat vitam, et solum à regni molestiis, ubi liberè, quantum gravis illa ac foeda aegritudo permisit, privatae potius vacabat salutis, quam serviebat publicae. Haec de Ozia, seu Azaria, in hoc libro. Plura de illo, caeque admodum illustra legimus lib. 2 Paralipomenon, cap. 26, quae in hunc locum à nobis conferenda sunt, ne quid de Ozia curiosus lector desideret, quae sanè ejusmodi non sunt ut à nobis praetermitti debeant. Neque tamen in eorum explanatione multi erimus, quia ipsa per se impeditum nihil habent, aut quod lucem desideret interpretis.

Ex lib. 2 Paralipomenon cap. 26, vers. 5, id primum habemus de Azaria, sive Ozia, nempe quamdiu vixit Zacharias propheta, qui juxta illius temporis consuetudinem, videns dicebatur et intelligens, omnia illi ex voto contigisse, et ex usu privato ac publico. Sicut etiam supra, cap. 12, diximus de Joas, qui quamdiu vixit Joiada sacerdos, cujus se consiliis regendum et formandum praebuit, et vixit piè, et res administravit feliciter. Cum autem in vivis esse desiit, vivendi liberior fuit potestas, et sic à seipso degeneravit, ut ex optimo rege factus videretur injustus crudelisque tyrannus, et usque adeo omnibus odiosus, ut à servis fuerit interfectus. Eodem modo cum Zacharias vixit, regieque assiduus atque familiaris fuit, assuefecitque illum, ut tentaret nihil, nisi consulto prius, et propitiato Deo, nihil aggressus est, quod non felicitate exitu haberet. Hinc frequentes è gente Philistinâ victorie; hinc illarum urbium excisi muri, quarum apud Philistinos primus excita locus et gloria; hinc in eadem provinciâ excitatae turres, quae rei Israeliticae magno usui futurae putabantur; hinc subacti Ammonitae et Arabes, et vectigalia quotannis pendere coacti; hinc tandem nomen inclytum ex

continentiarum cursu ad Aegyptum usque diffusum consecutus est. Josephus lib. 9, cap. 12, conditam esse dicit urbem ad mare Rubrum, et in eâ presidium militare dispositum.

Quis fuerit iste Zacharias videns et intelligens, id est, propheta, incertum est. Quidam ex Hebraeis, ut refert hic Lyra, illum Zachariam esse dicunt, quem occidit Joas. Quod miror in cujusquam mentem venire potuisse, cum multis annis ante Azariae regnum Zacharias ille occisus fuerit. Minus quidem abs re, incertum tamen, alii illum Zachariae nomen arbitratur; sed huic cogitationi nihil praeter nomen favet, et in his sunt Cajetanus et Dionysius.

Eodem lib. et cap. Paralipomenon, vers. 9, ea recensentur quae in Hierosolymâ oranda et munienda praestitit Azarias; quemadmodum moenia aut instaurârit, soliditatemque ruinosa, et si quâ parte viderentur infirma, aut excitârit nova; aut tandem, ut reor novis substructionibus impleverit illa quae cap. praecedenti vers. 13, demolitus dicitur Joas rex Israel, neque tantum res urbanas curavit et instruxit, sed res etiam rusticas et pecuarias, quarum erat studiosus et dives. Quare in solitudine locisque campestribus, ubi pecorum plerumque sunt stabulationes et pascua, turres excitavit, quae futurae essent rei armentariae ac pecuariae curatoribus commoda diverticula. Sanè villas, id est, domus rusticae, ubi conduntur agrorum fructus, et qui illis aut perepiendis, aut quovis modo curandis dant operam, morantur, turres dicuntur et castella. Sic Deus discursisse dicitur per vicus et castella, id est, per rusticorum villas, pastorumque mapalia. Sic bonus paterfamilias aedificasse in vineâ dicitur turrem, Isai. c. 5, et Matth. c. 21. Certè alicubi in Hispaniâ rusticae domus turres appellantur. Cum autem multis in locis terra promissionis arida sit, de caelo spectans pluviam, necessitas cogit nullis in locis effodit cisternas, quae si absint, necesse est, ut regio sitiens ineulta sit, et ab habitatoribus vacua, quod incommodum ne patenter pastores et agricola, rex prudens et attentus quam potuit diligentissime providit. Cum autem rei rusticae peritus esset et amans, vineas etiam plantavit illis in locis ex quibus uberior meliorque sperari proventus poterat. Ex rei enim rusticae disciplina pro vinearum satu locus eligitur sublimis, quem Deus elegisse traditur, Isai. c. 5: *Vinea facta*

est dilecto tu cornu sili olei, id est, in monte pingui; quod etiam Virgilius docuit lib. 2 Georgicor.:

*Fluminibus salices, crassisque paludibus alni
Nascuntur; steriles saxosis montibus orni,
Littora myrtetis latissima; denique apertos
Bacchus amat colles.*

Et ipsa quotidiana docet experientia ex collibus, locisque patentibus nobiliorum esse vindemiam, quam ex vallibus depressis.

Deinde versu undecimo, quam voluerit rei militari strenue esse provisum, ostenditur, ubi pugnatorum numerus et ordo proponitur, et quemadmodum omnium generum arma, ad omnem eventum, et subitosis inimicorum assultus comparaverit, quæ gestarent milites, ut clypeos, arcus, gladios, loricas et galeas, et reliqua, quæ sive ad inferenda, sive ad declinandam vulnere disciplina militaria inveniunt. Item alia quæ in turribus, mœnibus disponeret ad arcendum hostem, qualia sunt balistæ, catapultæ, phalaricæ arietes, et alia machinæ, quæ vim eminus propulsarent hostem, et opposita inimicorum machinamenta discuterent.

Postea à versu 16 proditur quomodo à priorum gloria atque fortunâ ceciderit. Nam sicut pater illius Amasias post partem ex Idumæa victoriam spiritus assumpsit insolentes et fatuos, ac tandem Deo hominibusque odiosus interit, sic Azarias, seu Ozias, cum sustinere non posset fortunæ semper ardentis afflatus, illius ponderi miserè succubuit. Tunc ergo cum aliqui sibi debere existimaret supra regium nomen, sacerdotale sibi temerarius assumpsit. Et contra nitentibus sacerdotibus aliis, qui nefas esse liberè affirmabant à profanis sacrum illud obiri ministerium, ille tam longè fuit ut illorum sive monitis, sive precibus acquiesceret, ut minaretur potius sacerdotibus, qui immane illud scelus exprobrabant, infortunium et mortem, si odiosi esse pergerent ulterius, et sibi ad sacrum illud opus essent impedimento. Quare sumpto thuribulo thymiatis, adolevit incensum. Non tamen conatum illum sacrilegum, et verbum contra sacerdotem, impiè et temerè prolatum, impunitum Deus abire voluit. Cum enim sacris indebitis esset operaturus, ad ipsam altare thymiatis, Deus perfrictam regis frontem fœdâ leprâ percussit, cui sacerdotes edixerunt illicè, ut è templo discederet, quod patere non poterat leprosis. Neque ille renuit, cum Dei ultimum agnosceret marum, neque tutum putaret,

aut decorum eo in loco, et tantorum hominum religioso conventu, tam justæ sive admolationi, sive imperio, seu potius divinæ voluntati resistere. Quocirca egressus est è templo, et ad mortem usque, ut antea diximus, in separata domo à regis curâ et publicis rebus abdicatus. Cujus loco suffectus est filius Joatham, qui regium interea nomen et pondus sustinuit. Cum autem Ozias, cum viveret, sic etiam cum extremum ageret spiritum, esset leprosus, non est illatus in regum Juda commune sepulcrum, sed in agro, ubi pro regum sepulcrâ destinatus erat locus honestus. Erat autem locus ille, ut opinor, area quedam propè specum, in quem regia inferebantur cadavera, à quo fuit exclusus Azarias, quia lepram etiam in regio cognatoque cadavere mortuorum ossa refugiunt et horrent. Quo exemplo, seu potius instituto, docemur, quam nobis fugienda sit peccatorum, quorum imaginem in leprosis intuemur, periculosa societas. Josephus ait in horto fuisse sepulcrum, separatim videlicet post vitam ab hominum habitatione, sicut etiam prius in vitâ fuerat. Sed alii plures propè sepulcra regum communia, extra tamen sepulcrum opinantur. Utra harum expositionum verior, non sumitur ex hoc loco Paralipomenon, qui non magis in hanc quam in illam expositionem propendit; verumtamen ex lib. 4 Regum non obscure colligitur propè regum commune sepulcrum esse tumulatum. Dicitur enim ibi vers. 7: *Sepelierunt eum cum majoribus suis in civitate David*. Non ergo in agro, vel in horto.

Quod nunc factum dicitur cum Ozîâ, ne sepeliretur in sepulcris regum, sed in proprio sepulcro non procul, in civitate David, aliis quoque regibus accidit, quos populos judicavit indignos, quos in aliorum regum sepulcra conderet. Sic legitur de rege Joram 2 Paralipomenon capite 21, versiculo 20: *Sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum*, et de Joas libro secundo Paralipomenon capite 24, versiculo 25; eadem omnino iterantur verba de Achaz, capite 25, versiculo 27: *Sepelierunt eum in civitate Jerusalem, neque enim receperunt eum in sepulcro regum Israel*, qui etiam 4 Reg. 16, vers. 2, sepultus dicitur in civitate David.

Versu deinde vigesimo secundo legitur reliqua priorum et posteriorum temporum gesta prodita fuisse monumentis ab Isaiâ prophetâ; qui dicendi modus satis indicat prophetam de Azariâ scripsisse non paucâ. Sed illa, sicut

alia plura interierunt. Duo ergo tantum venio apud Isaiam, quæ ad hanc historiam non-nihil faciunt. Alterum capite 14, v. 18: *No lateris, Philistæa omnis tu: quoniam comminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur Regulus*. Affecit, ut vidimus, Philistæos Azarias plurimis incommodis. Quare cum audiissent illum decessisse, aut, quod idem fermè est, propter lepram à regni administratione fuisse depulsum, exultarunt vehementer, quia nihil jam amplius timendum putabant, quibus tantò graviora minatur Isaias ab Ezechîâ pronepote, quanto gravior est Reguli, quam colubri, mors.

Alterum est capite sexto, versiculo primo: *In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super montem excelsum*, quibus verbis ostendit Isaias quid eo tempore, aut sub id tempus, in quo decessit Ozias, seu Azarias, acciderit. Sed adhuc est dubium an spectrum illud nobile oblatum Isaiæ fuerit, quo tempore veram obiit et naturalem mortem, aut quando leprâ percussus fuit, et à regno pulsus, cum in domo vixit separata, et prostris ab hominum congressu segregatus. Hoc posterius opinatus est Chaldæus, et Abulens. quast. 7, ubi hæc communem dicit esse sententiam, quia hæc à reliquo populo separatio et exautoratio civilis qua-dam mors existimatur. Verum, sicut nos in nostris Commentariis super Isaiam ad illum locum, aliter sentiunt antiqui Patres, Hieronymus, Origenes, Cyrillus, Chrysostomus, causamque reddunt cur, mortuo Ozîâ, prophetare cœperit Isaias: nam cum incensus esset Deus Judæis, quia non omnino impium atque leprosum regem exturbasset ex urbe, licet in domo viveret separata (addo ergo, quia non occiderunt, cum cautum esset lege propositio capitali supplicio, ne quis exceptis sacerdotibus adoleret incensum, Numer. c. 15, et c. 18, Josephus ejectionem dicit extra mœnia), noluit sua consilia per prophetas aperire populo, quem regis sacrilegi contaminasset consuetudo.

Sub hoc rege accidit magnus ille terræ motus, de quo Amos capite secundo, ubi dicitur hic propheta à Domino sermonem accepisse sub Ozîâ, duobus annis ante terræ motum. Illic verò motum fuisse vehementem, colligitur ex Zachariâ, capite 14, versiculo quinto, ubi fugisse dicuntur Solymitani cives, quod non videbantur esse facturi, nisi terra motu quateretur ingenti: *Fugietis*, inquit, *sicut fugistis à facie terræ motus in diebus Ozîæ*. Quot

anno Ozîæ regis acciderit, incertum est, neque ego in re dubiâ, in quâ variè sentiunt interpretes, multus esse volo, cum nihil existimem inveniri posse certum, in quo mihi ipse satisfaciam. Illud dico, rem fuisse notissimam omnibus, neque enim alter annus ille notaretur illo gravi terræ concussu, nisi res esset inter Hebræos notissima, et ex eâ annus ille maximè celebris.

Dicunt autem Hebræi, neque abnuit Hieronymus, et Cyrillus, hunc terræ motum tunc contigisse, quando ausus est Ozias rex Juda sacerdotale sibi munus assumere; tunc enim Deus, graviter eâ regis insolentiâ commotus, non solum auctorem ipsum sceleris fœdâ leprâ percussit, sed populum ipsum gravi terræ tremitu ac tremore conturbavit, de quo libro secundo Paralipomenon capite vigesimo sexto, Quails autem fuerit, quantusque motus iste, docuit Josephus libro nono Ant. capite 11; cum enim dixisset sacerdotum vocibus à sacerdotali functione non fuisse deterritum audacem illum et insolentem regem, imò illis si molesti esse pergerent, mortem minaretur, addit statim: *Ecce tibi terra vehementer concutitur, fissoque supernè templo radius solis os regis improbum ferit, quod è vestigio leprâ contactum est*. Accessit huic et aliud prodigium, quod eodem terræ motu ad urbem, in loco qui dicitur Eroge, dimidium montis ad occidentem vergentis revulsus, et per quatuor stadia volutum obiectum tandem orientalis montis constitit obstructâ et viâ publicâ, et oppressis ruinâ hortus regis. Adde autem Cyrillus in capite 14 Zachariæ, ex Hebræorum, ut arbitror, sententiâ, horribiliter Judæorum regionem, et ipsam quoque Hierosolymam contremuisse: ipsam etiam Sion ita esse quassatam, ut in duas partes dirumperetur, et opplerentur valles, quæ illius jugis adjaebant. (1)

VERS. 8. — ANNO TRICESIMO OCTAVO AZARIE.

(1) VERS. 7. — SEPELIERUNT EUM CUM MAJORIBUS SUI IN CIVITATE DAVID. Non in sepulcris regum, sed in eodem agro, ubi sepulcra erant regum: *In agro regium sepulcrorum, eò quòd esset leprosus*. Ex quo intelligimus, quantum insederit mentibus horror lepræ et leprosum, ut ne cineres quidem leprosum inferendi in communia sepulcra censerentur. Tradit Josephus, sepulchræ mandatum fuisse seorsum in ejus hortis, facit in hortis domus extra urbem, ad quam secesserat. Sed perhibet Scriptura, viri cadaver illatum fuisse in civitatem David, et sepulcro quod defossam in agro regum erat, fuisse mandatum. (Calmet.)

REGIS JUDA, REGNAVIT ZACHARIAS FILIUS JEROBOAM SUPER ISRAEL. Regnavit Azarias, qui et Ozias, in Judâ annis duobus supra quinquaginta; quo tempore multi fuerunt reges in Israel, quos hic historia sacra acervatim commemorat, et quod haecentis semper, ne quid obscuritatis habeat historia, illorum gesta et tempora cum regum Juda gestis temporibusque componit. Numerantur autem hoc capite reges sex, quorum regnum in Azariae tempore et dominatum incurrit. Quorum primus fuit Zacharias, filius Jeroboam, cujus imperium fuit semestris, illudque peccatis contaminatum ingentibus, qualia superiores reges admisere, quo Israeliticum imperium tenuerunt. Fuit autem, ut diximus, ejus regnum semestris: conjuravit enim contra illum Sellum, filius Jabes, et eo sublato, regnum occupavit, ex quo proxime Zacharias exciderat. Tunc autem impertum est, quod supra c. 10 dictum est Jehu, usque ad quartam generationem in ipsius familia futuram Israelitici regni majestatem. Et ita planè accidit, nam quarto loco ex Jehu stirpe propagatus est Zacharias, quatus videlicet à Jehu. (1)

VERS. 13. — SELLEM FILIUS JABES REGNAVIT TRICESIMO NONO ANNO AZARIE. Quis fuerit iste Sellum, non constat; conjectat Abulensis, q. 15 de hujus statu atque ordine, acutè quidem, sed tantum conjectat: neque nos cogit, ut sine errore credamus esse conjecturam: sed ille momentaneum habuit et infelix imperium, quod post unum mensem eodem quo Zacharias modo interfectus amisit.

VERS. 14. — ASCENDIT MANAHÈM FILIUS GADI DE THERSA. Licet nihil esset melior Manahem duobus regibus qui præcesserunt proximè in Israel, videtur tamen illis fuisse solertior, cum decem annos cum potestate fuerit, quod tempus in regno, seu tyrannide potius, non videtur exiguum, cum tamen ex illis prior sex menses, posterior unum in eo dominatu transigisset. De hoc Manahem nihil habemus certum magis quam de Sellum; hunc Josephus

(1) VERS. 10. — PERCUSIT EUM PALAM, CORAM POPULI CONVENTU; neque facinus ille suum celavit, communis approbationis securus. Quisnam fuerit Sellum, ignoratur. Ex Osee innot videtur, Zachariam neci tradendum fuisse Jezrahelè.

VERS. 12. — ISTE EST SERMO DOMINI, QUEM LOQUITUR EST AD JEHU. Spem fecerat certam Dominus, ut filii ejus sederent in solio Israelis ad quartam usque generationem; sedisse autem reverè constat Joachaz, Jons, Jeroboamum II et Zachariam, qui postremus sermone posterorum Jehu clausit. (Calmet.)

libro 9, capite 11 Ant., ducem fuisse tradit ejus exercitus, quem tunc Zacharias habebat ad Thersam; qui cum audisset occisum in Samaria Zachariam, continuo copias, quas sue fidei ac curæ commissas habebat, adversus regis interfectorem corripuit. Quem cum eadem celeritate sustulisset de medio, quo ille prior Zachariam, regium suo capiti imposuit diadema, et ad Thersam rediit, non jam dux, sed rex, et quod privatus inchoarat, rex iam salutatus persecutus est bellum. Cum autem Thersa nollet novum regem admittere, sic in illos vehementer exanduit, ut et agros illius populatus fuerit, et civitatem usque adeo pertinaciter obsederit, ut tandem subjugarit. Sed cum in omnes qui ad Thersam pertinerent, haecaretur hostiliter, multò tamen magis in Thapsenses, in quos totam furoris vim et omne virus acerbitatis evomuit. Tam enim acerbè in illorum interitum exarsit, ut non horruerit extrema illa furoris exempla edere, quorum etiam solam cogitationem animus excratur et horret: dissecut enim prægnantes, et antequàm lucem aspicerent, in maternis viscibus fetus elisit. Quod fecerunt ante hunc alii quidam, ut proxime Hazael, c. 8, v. 12, et Ammonitæ, de quibus Amos c. 2. Vide quod nos in nostris Commentariis ad utrumque locum. (1)

(1) VERS. 16. — ET TERMINUS EJUS DE THERSA, NAM AGER URBIS THAPSE PERTINEBAT USQUE AD THERSAM, ait Vatablus.

Et sciant eas, hoc est, dissecut prægnantes, ut foetum educeret, ait Abulensis. Magna fuit hæc crudelitas et barbaries. (Corn à Lasp.)

VERS. 17. — ANNO TRICESIMO NONO AZARIE... REGNAVIT MANAHÈM... DECEM ANNIS. Post mensuram unicam ab usurpato regno, sublato à Manahemo Sellum, Manahemus se in regem obtulit eodem anno, undequadragesimo Azariae; sed cum regnum turbis pluribus ageretur, nominis post plures menses pacificam ejus possessionem obtinuit. Incertus et iactatus mansit spatium undecim mensium, donec tandem Manahemus in suas partes trahens Phul regem Assyriae, corruptum muneribus Phul regem Assyriae, corruptum muneribus Phul regem Assyriae, inter quæ potissimum spectabatur alter à vitulis aureis ab Jeroboamo consecratis, ope ejus vitulis aureis, qui in Israelen venit, Manahemus in regno confirmatus est, eà tamen conditione, ut mille insuper talenta Assyrio solveret. Igitur Phul hostes Manahemi removit, possessionem regni illi asseruit, ac demùm ipse recessit. Tunc pars regni quies Manahemo, in exitu anni undequadragesimi Azariae; atque hoc habendum est exordium decenni hujus regni Manahemi. (Calmet.)

VERS. 18. — CONCITIS DIEMUS EXTRA. Refertur hæc possunt ad Jeroboamum filium Nabath, qui toto regni sui spatio peccatum in Israele detinuit; vel potius ad Manahemum, hoc sensu: Non recessit toto regni sui tempore à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israele. (Calmet.)

VERS. 19. — VENIEBAT PHUL REX ASSYRIORUM IN THERSAM, ET DABAT MANAHÈM PHUL MILLE TALENTA ARGENTI, UT ESSET EI IN AUXILIUM. Josephus supra moysi castra dicit Phul Assyriorum regem contra Manahem, et cum adversus tantum regem infirmæ essent Israelis vires, muneribus potius quam armis Assyrium ab Israeliticis finibus fuisse repulsum. Sed non facile hæc Josephi cogitatio se cum sacri textus litterâ conciliat, qui ablata dicit à Manahem Assyrio mille argenti talenta, ut tanti regis auxilio confirmaretur in ipsius potestate regnum, quod aliqui futurum videbatur infirmum. Timere enim jure optimo poterat, ne paràm pacati essent subditorum animi, cum dissectis prægnantibus magnum in se poterit odium conflare. Quid enim non timerent ab illo qui ferinos expressisset mores, et omnem videretur humanitatem exuisse, præsertim cum arrepto potius quam oblato diadema, speciem aliis non regni, ad quod nullà vocabatur lege, sed meræ tyrannidis objiceret? Non itaque donis Assyrium, tanquam hostem averit, sed potius tanquam patronum et amicum advocavit. Demum tamen Josepho venisse primum Phul hostili animo, ut Israelis populiaretur fines, et oblati muneribus, nullo illato documento remigrasse domum, et eodem temporis articulo initum esse pactum, ut singulis annis mille argenti talenta ab Israele reciperet, eà tamen lege, ut quotiescumque evocaretur, subsidio veniret, et illum sibi arbitrarè hostem, qui aliquid contra Israelen moliretur hostile. Hoc indicat quod additur eodem loco: Reversusque fuit rex Assyriorum, et non est mortuus in terra; quasi jam ad prædium in Israeliticis fines foret ingressus. Ut verò solvere posset Manahem Assyrio quod debebat ex pacto, tributum grave imposuit, in ditiorum præsertim capita, quinquaginta nimirum sicos argenti. Hoc tempore, ut docet Hieronymus ex Hebræorum sententiâ ad cap. 10 Osee, in principio, missi sunt ad conciliandum Assyriorum favorem et gratiam aurei vituli, de quibus aliquid ibi refert fabulosum et merum Hebræorum commentum: dicebant enim ante illud tempus Manahem sublato esse vitulos à sacerdotibus, et pro illis ex villi metallo alios esse suppositos, ita tamen artificiosè deauratos, ut priores omnino referrent; deprehendisse tamen fraudem illam Assyrium,

et de illa cum rege Israele expostulasse graviter. (1)

VERS. 25. — ANNO QUINGAGESIMO AZARIE REGIS JUDA, REGNAVIT PHACEIA FILIUS ROMELIE. De hoc Phaceiâ nihil habemus aliud quam regnasse biennio, neque à parentum suorum vestigiis declinasse, et tandem à Phacee filio Romelie, quem ducem ipse exercitui præfecerat, fuisse peremptum. (2)

VERS. 27. — ANNO QUINGAGESIMO SECUNDO AZARIE REGIS JUDA, REGNAVIT PHACEIA FILIUS ROMELIE. Ille idem qui Phaceiam occidit, illius sibiregnum usurpavit. In hoc uno felix, si qua esse potest in rege peccatore felicitas, quod diuturnior illi contigit usura et vite et regni. Fuit enim cum potestate annos viginti nihil superioribus regibus melior.

VERS. 29. — IN DIEBUS PHACEE REGIS ISRAEL, VENIT THEGLATHPHALASAR REX ASSUR (5). QUANTO

(1) VERS. 20. — QUINGAGESIMO SICOS ARGENTI PER SINGULOS. Idem quidem ex hoc textu videtur, Manahemum ad hoc tributum cogessisse tantum subditorum locupletissimos, sed nullo credibilis est, ne vulgum quidem eo onere extulisse. Narrat Scriptura id tantum, quod à divitibus solvebatur; cæteri pro facultatibus dabant. Quinquaginta sicali argenti nonnulli superant libras monetæ nostratis unam et octoginta circiter. (Calmet.)

(2) VERS. 25. — PHACEIA FILIUS ROMELIE, DUX EIUS, PERCUSIT EUM IN SAMARIA. Phaceia dignitatem gerebat Schalisch regis Israelis; id est, unus erat è primoribus regni præfectis. Quæ causa illum impulserit, ut in vitam domini sui conjuraret, ignoratur. Is porrò solidis viginti annis regnum tenuit, sed non felix et quietum, ut statim narrabitur.

IN TERRE DOMUS REGIAE, JUXTA ARGOB, ET JUXTA ARIE. Textus Hebræus reddi potest: Percussit eum in Samaria, in palatio domus regia, cum Argob, et Arie, et quinquaginta de filiis Galaaditarum. Phaceiam aggressus est Phacee, secum ducens Argob, et Arie, atque Galaaditarum quinquaginta, conjugationis sociis. (Calmet.)

(3) CEPIT ATON. Eadem est Aton. Sermo est apud Ezechielem 48, 1, de Enan, ad fines Damasci. Hanc primam urbem offendit rex Assyriae, è regione sua in dittonem Israeliticam veniens. Jeroboamus II omnes Syriae urbes, quæ olim regno Judæ parabant, receperat; nunc verò Theglathphalasar illas sibi repetit ex Phacee rege Israelis.

ABEL DOMUM MACHIA, VEL ABEL-BETH-MACHA, VEL PLANTIS ABELA, VEL ABELAIM. In hanc urbem perfergerat Seba filius Bochri sub Davide. Maxime septentrionalis est in regno Israelitico.

JANOE. Hujus nominis urbs quadam occurrit in tribu Ephraim. In Acrabathene ab Eusebio constituitur. Aegre tamen in animum induco, ipsam hanc esse urbem, quam Theglathphalasar superavit. Syriacus, et Arabs hanc appellant Niahum; est autem urbs quadam Noe in tribu Zabulonis.

CEDES, URBS CELEBRIS IN TRIBU NEPHTHALI. Vide Josue 12, 22.

Assyriorum reges graviter afflixerunt Hebræorum gentem. Primus fuit Phul, de quo nuper; secundus Theglathphalasar, qui magnam partem Israelitici regni transtulit ad Assyrios :

Ason, vetus et celebris urbs, que jam inde ante Josue primas tenebat inter urbes Galilee.

GALLAD usurpari solet pro totâ regione transjordanâ, quamquam requidem verâ id nominis convenit nominis montibus quibus ditio Israël is ad orientem definitur.

GALLILÆAM, ET UNIVERSAM TERRAM NEPHTHALI; Gallilæam scilicet superiorem transjordanicam, et sortem Nephthali, cis amnem. Urbium istarum omnium à se devictarum incolas Theglathphalasar in Assyriam transtulit. Cum enim Israël regio, longo intervallo à regno suo distaret, è re sua esse censuit, si incolæ ejus transferret in Assyriam; vel forte indigebat colonis ut sua ditio, quam bella Arbæcis et Belesi in Sardanapalum vastaverant, frequenteretur. Legimus alibi, Theglathphalasarum transtulisse Ruben, Gad et dimidiam Manasse, trius scilicet omnes sedes habentes trans Jordanem; transtulisse, inquam, in *Lahelam, Habor, Ara*, et ad amnem *Gozan*. De Galilæis vero et filiis Nephthali legimus tantum, transtulisse in Assyriam, et Syros Damascenos in Kir, quod à nobis suo loco exponetur. (Calmet.)

Pendant le règne de Phacée, roi d'Israël, Theglathphalasar, roi des Assyriens, vint en Israël, prit Aion... et en transporta tous les habitants en Assyrie. Le Seigneur, comme parle le saint prophète Isaïe, se servit du roi des Assyriens comme d'un rasoir pour raser la tête, le poil des pieds, et toute la barbe de son peuple, etc., c'est-à-dire, que lorsque ce prince s'imaginait qu'il pouvait tout, et qu'il était maître comme un rasoir qui était entre les mains de Dieu même, et dont il savait se servir selon les règles de sa justice éternelle, pour retrancher comme les superfluités de son peuple, et purifier même les justes par ces sortes de retranchements, qui contribuaient à augmenter leur justie. Car il ne faut pas s'imaginer, dit saint Jérôme, que ceux à qui le Seigneur livra Israël, étaient justes, et que c'était à cause de leur justice qu'il fut livré entre leurs mains, mais parce qu'ayant été le peuple de Dieu, ils l'avaient quitté, et avaient couru après les idoles, et s'étaient ainsi rendus dignes que Dieu les abandonnât, et qu'il les livrât très-justement à des ennemis plus méchants qu'eux, pour être punis de leur infidélité. Non quod tibi justi fuerint, qui eum oppresserunt, et idcirco tradidit eis sit, sed quia qui quondam fuerant populus meus, me eos deserente traduntur ad penus, et peioribus se adversariis conceduntur, quia cepit Ephraim abire post idola, et Deum derelinquere.

Cette translation que fit le roi d'Assyrie de plusieurs tribus d'Israël, c'est-à-dire, de Ruben, de Gad et de la demi-tribu de Manassé, qui étaient au-delà du Jourdain, et de toute la tribu de Nephthali, et d'une partie de celle de Zabulon, situées au-deça, fut la première par laquelle Dieu punit l'extrême infidélité et in-

illam nimirum, quæ propius spectat regionem illam, à quâ tantam accepit calamitatem, ut non solum patriam, sed etiam libertatem amitteret, et illorum subiret imperium, quorum ingenium durum est, et ferini mores. Tertius fuit Salmanasar, de quo postea, cum perventum fuerit ad tempus Achaz, quidam unum esse putant regem Assyriorum, tribus tamen significatum nominibus, quod inter gentibus usitatum, qui pluribus gaudet nominibus, isque inflatum aliquod et grande sonantibus. Sed planè errant, tum quia varia his nominibus attribuantur gesta et tempora magnis intervallis distincta, ut constat; et, quod caput est, de illis Scriptura eo modo aliquando loquitur, ut personas indicet esse diversas. De Phul et Theglathphalasar lib. 4 Paralip. c. 5, v. 26 : *Suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, et spiritum Theglathphalasar regis Assur*. Quod verò Salmanasar fuerit ab utroque diversus, ex eo probat Abulens. q. 23, quod inter illum et Theglathphalasar anni intercesserunt super triginta : intercesserunt enim duo regna Joatham et Achaz, uterque autem annos sedecim regnum obtinuit. De hoc ego valde dubito, neque puto improbabile eundem esse Salmanasar et Theglathphalasar, imò et eum qui Isai c. 20 Sargon appellatur. Quod ut sensibilités des rois et du peuple d'Israël. Il voulait, dit encore saint Jérôme, en permettant qu'Israël devint captif, et s'éloignant d'eux, les réduire à l'extrémité et comme à une espèce de délaillance, afin qu'au moins ils le recherchaient alors, et qu'après avoir été insensibles à sa présence et à tant de marques de sa bonté, ils retournaient vers lui lorsqu'ils le verraient éloigné et en colère contre eux, et que la lumière de la pénitence se serait levée dans leurs cœurs au milieu de leur captivité. *Idè Deus tradidit Israel captivitat, et revertetur ad locum suum, donec deficiant et querant faciem ejus, ut quem propitium presentemque non senserant, iratum et absentem requirant; et in tribulatione sua, orto eis lumine penitentie, manè consurgant ad eum.* Il est vrai qu'on ne peut lire sans horreur cet effroyable dérélement d'un peuple qui, ayant été choisi du milieu des nations pour être le peuple de Dieu, semblait travailler alors par tous ses excès à accomplir d'une manière très-funeste les prophéties de Moïse sur leur sujet, ni cette suite malheureuse de rois impies, qui, sans faire de réflexion sur les châtimens des princes, leurs prédécesseurs, et sur la cause de ces châtimens, se livraient avec une plénitude de cœur à l'impie dont Jéroboam leur avait montré l'exemple, et s'entraînaient brutalement comme des bêtes farouches, pour joindre, comme on le voit dans ce chapitre, pendant quelques mois ou pendant quelques années, d'une puissance qui tournait enfin à leur perte.

(Sacy.)

mihî persuadèam facit, quòd Theglathphalasar ad ultima usque tempora Achaz vitam regnumque traduxit, ut habes lib. 2 Paral. cap. 27, v. 20. Deinde quia, ut paulò ante vidimus, Theglathphalasar cepit, abduxitque captivum Nephthali; at Nephthali captum à Salmanasar habemus in lib. Tobie c. 4, v. 1, ubi dicitur de tribu Nephthali, v. 2 : *Cùm captus esset in diebus Salmanasar, regis Assyriorum.*

Hic porrò Theglathphalasar regiones cepit, et in suam secum ditonem abduxit, quas habuit sibi obvias, magisque propinquas, Galilæam videlicet, quæ magnâ ex parte ex Zabulon constat et Nephthali; et regionem Galaditidem trans Jordanem, in quâ fuerunt duæ tribus, Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse, id est, partem fermè imperii israelitici dimidiam. Ita lib. 4 Paralip. c. 5, v. 26 : *Transtulit (Theglathphalasar) Ruben et Gad, et dimidiam tribum Manasse. De aliis hoc loco, Galad et Galilæam, et universam terram Nephthali. De utrisque Isais c. 9, v. 1 : Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephthali, et notissima aggravata est via maris trans Jordanem Galilæa gentium.* Quo tempore hanc plagam Israelitico imperio intulerit Assyrii, dicemus cùm ventum fuerit ad tempus Achaz; illo etenim regnante hæc acciderunt, de quibus nunc agimus, et alia longè graviora.

VERS. 30. — *CONJURAVIT AUTEM, ET TENDIT INSIDIAS OSEE FILIUS ELA CONTRA PHACÈM.* Hæc acciderunt ante tempora non solum Joatham, sed etiam Achaz. Nam Achaz, ut suo loco videbimus, à Phacèa filio Romelæ bello tentatus est. Ponitur autem hoc loco per prolepsin, ut tandem regum omnium Israel absolveretur historia. Hic autem Phacæe annis regnavit viginti, quorum duo fuerunt, antequàm regnum iniret Joatham, totidem sumpsit ex regno Achaz, reliquos sedecim habuit cum Joatham commensuratum.

VERS. 32. — *ANNO SECUNDO PHACÆE, FILII ROMELLE, REGIS ISRAEL, REGNAVIT JOATHAM, FILIUS OZIE, REGIS JUDÆ. VIGINTI QUINQUE ANSORUM ERAT CUM REGNARE CŒPISSET (1).* Cùm primus annus Phacæe in ultimum annum incurreret (1) Porrò, et Joatham, ait auctor Imperf., thom. 1 in Matth., interpretatur perfectus, vel dominus immaculatus. Et verè perfectus fuit hic Joatham, et quantum ad reges se preecedentes dominus immaculatus; quia fecit quod placitum erat Deo, et nulla reprehensio ejus legitur in Scripturâ Regnorum. (Corn. à Lap.)

Ozias, qui quinquaginta duobus regnavit annis, et, ut habes v. 27, in illius anno quinquagesimo secundoregnavit Phacæe, videndum est quomodo Joatham anno secundo Phacæe regnare potuerit. Hujusmodi difficultates in his libris Regum et Paralip. occurrunt frequentes, que quomodo dissolvendæ sint, jam ante diximus. Sunt autem modi tres, quos maximè notatos esse oportet, aut quia filii non statim atque parentes decesserunt, regnum adierunt; aut quia interdum filii soli, interdum cum parentibus simul regnum administrarunt. Atque idè aliquando omnes illi anni conjuncti numerantur, interdum separati; aut quia anni imperfecti interdum omittuntur, interdum pro integris perfectisque censentur. Unde fit ut sequantur interdum pro uno, interdum pro duobus usurpetur. Quibus regulis illa conciliantur, quæ valde inter se dissidere videntur, atque idè parùm hucusque in componendis numeris, qui non satis consentire videri poterant, immorati sumus, quia juxta has regulas facillè componi posse putabamus. Hic ego Phacæe filium Romelæ sequantur anno Ozias mortem adisse regnum existimo, qui ultimus censeri potest, id est, quinquagesimus secundus annus Ozias, quia dimidius annus, quia aliquid est imperfectum, numeratus non est. Et eo modo primus annus Phacæe incurrit in ultimum Ozias. Sed quando Joatham suscepisse dicitur regnum anno secundo Phacæe, dimidius annus pro perfecto sumitur, atque idè postremus annus Ozias secundus censeri potuit Phacæe.

VERS. 34. — *PERCITQUE QUOD ERAT PLACITUM CORAM DOMINO. JUXTA OMNIA QUE VECERAT OZIAS (1).*

(1) *Joatham fit ce qui était agréable au Seigneur, et il se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père. Il ne dévra pas néanmoins les hauts lieux. L'Écriture, dans les Paralipomènes, expliquant ce même endroit, dit que Joatham fit ce qui était droit devant le Seigneur, se conduisant en toutes choses comme avait fait Ozias son père, si ce n'est qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur, et que le peuple continuait encore à pécher.* Sur quoi tous les interprètes sont partagés. Estins témoin que ce qui est dit ici de Joatham, qu'il imita son père Ozias, en toutes choses, si ce n'est en ce qu'il n'entra point dans le temple du Seigneur, nous marque qu'il ne sacrifiait point dans le temple, mais dans les hauts lieux, contre l'ordonnance de la loi, et que c'est ce qu'on doit entendre dans le chapitre des rois que nous expliquons, où il est dit qu'il ne dévra point ces hauts lieux. Et il ajoute que c'est pour cette raison que ce prince, en qui d'ailleurs on ne voit rien autre chose de répréhensible, n'a point été mis dans l'Écclésiastique au nombre des meilleurs rois de Juda. Mais le sentiment de ce savant homme

Laudatur hic Joatham pietas et religio, et similis esse dicitur Ozia parenti, illo nimirum tempore, quando nondum perpetuus victoriarum cursus illum insolenter inflaverat. Nam in eo longè fuit alius à parente. Explicuit hoc alius locus, ubi hanc Joatham legimus historiam 1. 2. Paral. c. 27. v. 2 : *Pecitque quod rectum erat coram Domino juxta omnia quae fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum Domini.* De quo est præclarum Josephi elogium lib. 9 Ant. cap. 11 : « Huius regi, inquit, nulla virtus defuit, erga Deum pio, justo erga homines, et reipublicæ studioso. » In eo porro videtur religiosi principis partes non explevisse, quòd cum populus immolaret in lucis et montibus, illorum tamen noluit, et non est ausus demoliri sacra. n'est pas sans difficulté. Car s'il était vrai que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, est-il vraisemblable que ce prince se fût mis en peine de la décoration de ce même temple, en bâtissant, comme il est dit en ce lieu, la plus haute porte de la maison du Seigneur? Aussi d'autres interprètes ont cru que cette opposition que met l'Écriture entre Joathan et Ozias, son père, consiste, non en ce que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, mais plutôt en ce qu'il n'imita point la témérité de son père, qui était entré jusque dans le sanctuaire du Seigneur, pour offrir lui-même l'encens par une usurpation sacrilège. Et quant à ce qu'elle ajoute que le peuple cependant continuait encore à pécher, ils disent que cela marquait, ou que les mœurs d'Israël étaient toujours également corrompues, ou qu'ils continuaient comme auparavant à sacrifier dans les hauts lieux, contre l'ordre du Seigneur, sans que ce prince eût la force de s'y opposer, comme il l'aurait dû. Et c'était assez sans doute, comme le remarque Théodore, que Joathan n'eût point détruit les hauts lieux, ni empêché ses sujets de se corrompre dans leurs voies, et de violer l'ordonnance de la loi touchant le lieu où se devait faire le sacrifice, pour être indigne que l'on mit son nom avec celui des meilleurs rois de Juda. (Sacy.)

CAPUT XVI.

1. Anno decimo septimo Phacee filii Romelie, regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.
2. Vigniti annorum erat Achaz cum regnare cepisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater ejus,
3. Sed ambulavit in via regum Israel; insuper et filium suum consecravit, transiens per ignem, secundum idola gentium

In lib. 2 Paral. c. 27, nonnulla memorantur tanti principis præclara gesta. Quemadmodum instauraverit, solidaveritque quæ in publicis civitatis operibus, aut ætas exederat, aut inimicorum injuria concusserat, edificavit alia tam in urbe egregia propugnacula, quam in montibus locisque desertis castella et turres, ad quæ homines, vel dum ruri vacant, vel dum aliquid adversum student declinare, confugerent. Inter alia v. 35 construxisse dicitur in templo sublimissimam portam; et lib. 2 Paral. v. 5, *portam excelsum*, quæ porta illa esse creditur, quæ Jerem. c. 26, v. 40, et c. 56, v. 40, *vocatur nova*. Hic tandem bellum intulit Ammonitis, eoque adegit, ut quotannis argentum, triticum, hordeum pensitarent, quod fecerunt tertio, quæ omnia idè regi dicuntur evenisse feliciter, quia eò intentos habuit animos et vires, ut in omnibus divinæ gloriæ et patriæ religioni servirent. (1)

VERS. 37. — IN DIEBUS ILLIS CœPIT DOMINUS MITTERE IN JUDAM RASIM REGEM SYRIÆ, ET PHACEE FILIUM ROMELIÆ. Conjurarunt duo isti principes contra Judam, illamque et vexerunt aliquandiu, et attriverunt vehementer, quo tamen exitu ad extremum, dicemus statim, cum ventum erit ad Achaz. Hoc tantum hinc habemus, quæ molita est duorum regum tam ardens conjuratio contra Achaz, à diebus Joatham habuisse principium.

(1) VERS. 35. — EDIFICAVIT PORTAM DOMUS DOMINI SUBLIMISSIMAM. Portam hanc seu novam adiecit templo Salomonico, seu veterem majorem portam orientalem reparavit; neque alia est faciliè porta nova apud Jeremiam. Tradit Josephus, portas atrii templi, post captivitatem conditi, surrexisse in altum cubitis triginta, cum in latum quindecim pateret; portam verò templi habuisse altitudinis cubitos quinquaginta, latitudinis quadraginta. Insignia etiam opera adiecit Joatham monumentis Hierosolymæ, discimus ex Paralipomenis. (Calmet.)

CHAPITRE XVI.

1. La dix-septième année du règne de Phacee, fils de Romélie, Achaz, fils de Joatham, roi de Juda, monta sur le trône.
2. Il avait vingt ans lorsqu'il commença de régner; et il régna seize ans à Jérusalem. Il ne fit point ce qui était agréable au Seigneur son Dieu, comme David, son père.
3. Il marcha dans la voie des rois d'Israël, et consacra même son fils aux idoles, le faisant passer par le feu, suivant l'idolâtrie des nations que le Seigneur avait dissipées devant les enfants d'Israël.

quas dissipavit Dominus coram filiis Israel;

4. Immolabat quoque victimas, et adolebat incensum in excelis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.
5. Tunc ascendit Rasin, rex Syriæ, et Phacee, filius Romelie, rex Israel, in Jerusalem ad præliandum, cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.
6. In tempore illo restituit Rasin, rex Syriæ, Ailam Syriæ, et eiecit Judæos de Ailâ; et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi, usque in diem hanc.
7. Misit autem Achaz nuntios ad Thégloth-Phalasar, regem Assyriorum, dicens: Servus tuus et filius tuus ego sum; ascende, et salvum me fac de manu regis Syriæ et de manu regis Israel, qui consurxerunt adversum me.
8. Et cum collegisset argentum et aurum quod inveniri potuit in domo Domini et in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera.
9. Qui et acquievit voluntati ejus; ascendit enim rex Assyriorum in Damascum et vastavit eam, et transtulit habitatores ejus Cyrenem, Rasin autem interfecit.
10. Perrexitque rex Achaz in occursum Thégloth-Phalasar, regi Assyriorum, in Damascum, cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus et similitudinem juxta omne opus ejus.
11. Exstruxitque Urias sacerdos altare (juxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Urias), donec veniret rex Achaz de Damasco.
12. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, et veneratus est illud; ascenditque et immolavit holocausta et sacrificium suum,
13. Et libavit libamina, et fudit sanguinem pacificorum quæ obtulerat super altare.
14. Porro altare æreum quod erat coram Domino transtulit de facie templi, et de loco altaris, et de loco templi Domini, posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem.
15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ

4. Il immolait aussi des victimes et offrait de l'encens sur les hauts lieux, sur les collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

5. Alors Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, vinrent mettre le siège devant Jérusalem; et tenant Achaz assiégé, ils ne purent néanmoins le vaincre.

6. En ce temps, Rasin, roi de Syrie, reconquit Elam de Syrie, et en chassa les Juifs. Et les Iduméens vinrent à Elam, et y habitèrent, comme ils y sont encore aujourd'hui.

7. Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Thégloth-Phalasar, roi des Assyriens, disant: Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie et de celles du roi d'Israël, qui se sont ligués contre moi.

8. Et ayant ramassé l'argent et l'or qui put se trouver dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi, il en fit des présents au roi des Assyriens.

9. Celui-ci, s'étant rendu à ce qu'il désirait de lui, vint à Damas, ruina la ville, en transféra les habitants à Cyrène, et tua Rasin.

10. Alors le roi Achaz alla à Damas au-devant de Thégloth-Phalasar, roi des Assyriens. Et, ayant vu l'autel qui est à Damas, il envoya au pontife Urie un modèle qui en représentait exactement tout l'ouvrage.

11. Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi Achaz, en attendant que ce roi fût revenu de Damas.

12. Lorsque le roi Achaz fut revenu de Damasco, il vit cet autel et le révéra, et y vint immoler des holocaustes et son sacrifice;

13. Il y fit des oblations de liqueurs, et y répandit le sang des hosties pacifiques qu'il avait offertes sur l'autel.

14. Il transféra l'autel d'airain qui était devant le Seigneur, de devant la face du temple, du lieu de l'autel et du temple du Seigneur; et il le mit à côté de l'autel nouveau, vers le septentrion.

15. Le roi Achaz donna aussi cet ordre au